



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XVIII. a Idem III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

CAPUT XVII.

a Clemens III.

PErvenit ad nos, &c. Illos autem, qui ægritudine præpediti pro absolutionis beneficio ad Sedem Ap. nequeunt laborare, recepto ab eis, sicut moris est, jumento, potes absolvere, ita quod sanitati pristinæ ^b restituti Apostolico se conspectui repräsentent: sexui verò ^c fœmineo, ac pueris, & senibus satis super hoc te credimus posse liberè dispensare. De iis etiam, qui clericis non enormem, sed modicam, levem injuriam irrogarunt, tñ fraternitatis arbitrio duximus commitendum.

NOTÆ.

- I. ^a Clemens III.) In secunda collectione, sub *hoc tit. cap. 3.*, legitur tantum *idem*, & nullib[us] exprimitur, cui Prælato rescribat Pontifex, sed veram hujus textus interpretationem dedi, & illuſtravi *in cap. pervenit, de test. cogend.* huic decisioni omnino consonat Innocent. III. in epistola missa Archiepiscopo Compostellano *lib. 1. epistol. apud Sirletum, fol. 370*, ubi ita scribit: (Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod in diœcesi tua manus injicentes in clericos violentas, cum à Sede Apostolica nimium sint remoti, propter ætatem, & infirmitatem illuc nonnunquam vix accedere valent beneficium absolutionis peritura-

ri. Ut autem excommunicatos hujusmodi ad nos non valentes proper impedita, quæ præmisimus, proficiunt, & mulieres clericos verberantes absolvere tibi licet in diœcesi tua, fraternitati tuae autoritate præsentium indulgemus, nisi fortè ipsorum excessus ita gravis fuerit, & enormis, quod propter hoc censura sit Apostolicæ Sedis requirenda. Nulli ergo, &c. Datum.

Lateran.

^b Restituti.) Et ita etiam absoluti cessante impedimento tenentur Romanum Pontificem adire.

^c Fœmineo, & pueris, ac senibus.) De fœminis egi suprà *incap. mulieres, de senibus, & in cap. eanoscitur 13.*

2.

3.

CAPUT XVIII.

a Idem III.

Significavit nobis. *Et infra:* Verùm clericos, qui scienter, & sponte participaverunt excommunicationis à nobis, & ipsis in officiis receperunt, eadē sententia cum ipsis non dubitamus involvi, quos etiam probeneficio sux absolutionis habendo, ad nos volumus cum insinuatione literarum tuarum transmitti.

NOTÆ.

- ^a *Idem.*) Ita etiam legitur in secunda collectione, *sub hoc tit. cap. 7.* sed nullib[us] exprimitur, quibus Prælatis rescribat Clemens, nec integrum hujus textus literam habemus, et si sunt plures decretales hujus Pontificis in hoc volumine compitæ, cum hoc principio, *Significavit nobis.*

COMMENTARIUM.

IN præsenti textu agitur de effectibus majoris excommunicationis qui præcipue consistunt in privatione communionis fidelium, & sacramentorum: quam ut pleniū exponamus, sciendum est, communionem apud fideles multiplicem reperi, aliam internam, quā per charitatem fideles ut Christi membra, & per fidem Christo ut capitū ununtur; de qua psalmo 118. dicitur: *Particeps ego sum omnium timentium te.* Et Iohannis cap. 4. hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit eum, diligat & patrem suum. Et Apostolus ad Romanos cap. 12. ait: *Multi unum corpus sumus in Christo.* Et ad Corinth. cap. 12. *Vos autem etsi corpus Christi.* Et ad Ephesioc. 4. & cap. in scriptu-

*ris 18. quæst. 1. cap. 2. vers. Quemadmodum, de summa Trinit. Cujus unionis ratione fideles justi participes sunt bonorum omnium, quæ alii justi operantur; non ita ut ex his aliorum charitas augatur, aut meritum; sed ut unius meritis alteri Deus auxilium speciale conferat. Explicant D. Augustinus de doctrina Christi. cap. 22. Magister Sentent. dist. 27. D. Thomas 2.2, 9.23, art. 5. Albaspinus lib. 1. obs. cap. 1. Germon. lib. 3. sacr. cap. 14. num. 30. Alia est communicatio politica, civilis, & externa, qua consistit in mutua salutatione, mensa, & similibus. Alia est communicatio mixta, & per quam participes sumus sacramentorum, suffragiorum, & orationum generalium Ecclesiarum, cujus membra per baptismum efficiuntur. Dicitur autem mixta, quoniam aëribus, & cæremoniis externis constat, & ad spiritualia bona ordinatur, nempe ad accipientiam, vel conservandam gratiam: de qua communione intelligitur, quod in Symbolo fidei confitemur de communione Sanctorum nempe fidelium; quia fideles plerisque sancti appellantur, juxta illud Apostoli ad Romanos cap. 1. ibi: *Omnibus, qui Roma sunt, dilectis Dei vocatis sanctis.* Illustrat Loyolas in can. 24. Concili illiber. Covar. in cap. almae*

Ccc 4

almae

alma, part. i. in initio, num. 2. Suarez de censur. disfut. 8. sest. 1. num. 6. Marius Alterius eod. tract. tom. 1. disput. 2. cap. 3. §. Tria, Severinus Binus in notis ad can. II, & 12. Apoſt. Albspineus diſt. lib. 2. obſerv. cap. 8. & 21. à priori quidem communione ſeparat peccatum mortale, quia per il- lud charitas amittitur, & peccator satana traditur; cap. audi 21. II. queſt. 3. cap. unum orarium, §. criminis, 25. diſt. & ideo peccatum mortale, quia haec communione privat, cap. quia natis 36. cum ſequenti, de pœnit. diſt. I. etiam excommunicatio appellatur à Gratiano in diſt. cap. audi, §. cū ergo. Glosa verbo Tantum, cap. penult. hoc tit. Gabrieli in 4. diſt. 18. queſt. 2. art. 1. sed impropriè, & non ſecundūm uſum Ecclesiæ, quia privat tantum interna illa communione, quae non pendat à voluntate Ecclesiæ; non autem privat communione ecclesiastica, d. cap. audi, §. cū ergo cap. nolite 22. cum ſequentiib. II. queſt. 3. in qua Ecclesia potest jus, & potestatem habere: nec peccatum mortale censura eſt, quia censu- ra non habet rationem culpe, ut tradunt Covar. in d. cap. alma, I. p. in initio, num. 5. Suarez de censur. diſput. 8. sest. 1. Marius Alterius eod. tract. tom. I. diſput. 2. cap. 3. §. Poſtremo

3.
Effectus
excom-
mu-
ni-
catio-
nis.

Deinde ſciendum eſt, excommunicationem maiorem non privare priori communione interna, quia iam christianum illa privatum ſupponit, d. cap. audi, vers. Cū prædictis, II. q. 3; eo quod non niſi pro mortali crime infligitur, cap. ne- mo, cap. nullus II. queſt. 3. separata tamen à communione externa, ac politica, ſive spirituali, cap. excommunicatos 17. cap. cum excommunicato 18. cum duob. ſeqq. II. queſt. 3. cap. 2. de except. cap. is qui 18. cap. alma, hoc tit. in 6. cap. cū olim 12. de privil. D. Paulus I. ad Corinth. cap. 5. ibi: Cum bujusmodi nec cibum ſume. Et ad Thessalon. cap. 4. ibi: Et ne commisceamini cum illo, ut confundatur. D. Ioannes epift. 2. Nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis. Item à communione sacramen- torum, & à communione luffagiorum Ecclesiæ par- ticipatione, cap. penult. hoc tit. Tertul. in apolog. cap. 39. ibi: Sumuntque futuri judicij prajudicium, & ſi quis ita deliquerit, ut à communione orationis & conuentus, & omniſi ſancti commercii relegetur. Ubi notavit Pamelius, & in tract. de padicitia, cap. 14. num. 110. & ad D. Cyprianum epift. 68. Adde inſignem excommunicationis formula in apud Synelium epift. 38. ad finem ibi: Andronico, ejusque ſociis; Thoanti, & ejus ſociis nullum Dei fanum aperiatur. omnis illi religio/a edes, ac ſepta claudantur: nulla diabolo in paradiſo pars eſt, qui ji clam irrepferit, expelletur. At tum privatim omnibus, & Magistratibus p recipio eodem cum illo neque teſto, neque mensā uti; tum ſacerdotibus in pri- mis, qui nec viventes, nec mortuos funebri pompa deducunt. Eſt enim excommunicationis major cēlūra ecclesiastica, quā ſeparatur homo ab Ecclesiæ com- munione, & ſacramentorum receptione, ut probant Covar. in cap. alma, I. p. in initio, num. 3. Suarez d. diſput. 8. sest. 2. num. 1. Vasquez tom. 2. in 3. part. tract. de excommun. cap. 1. diſput. 1. Bonacina de censur. diſput. 2. qu. 1. punct. 1. Gibalinus de censur. diſq. 2. per illam enim ſeparatur à cor- porē Christi, quod eſt Ecclesia, in cap. final. 3. q. cap. audi 21. II. qu. 3. cap. 1. de cleric. excomm. & ideo cum non ſit ejus membrum, non potest ejus ſpiritu vegetari, cap. nihil 33. II. q. 3. de quibus communicationibus accipi debent textus in cap. om- nis Christianus 32. ibi: Ab ecclesiastica communio-

ne, II. q. 3. cap. 2. de cleric. excom. ibi: Modis om- nibus excommunicetur. Et cap. penult. hoc tit. ubi excommunicationis nomine, non tantum mi- nor, quæ à participatione ſacramentorum; ſed etiam major, quæ à communione fidelium ſeparat, in- telligitur; nam cum communio omnes ſupra rela- tas comprehendat, ut conſtar ex d. cap. omnis, utique negatio communioſis, quæ per verbum illud Excommunico, vel ſimile exprimitur, omnes abſolutè excludit, & ſic non tantum minor excommunicationis, quæ à perceptions ſacra- mentorum; ſed etiam majorem, quæ à communione fidelium ſeparat, vis verborum com- pre- hendit; & ita uſus, & conſuetudo obtinuit, ex rationibus relatis à Covar. diſt. I. p. §. 8. num. 5. Suarez d. diſput. 8. num. 3. Bonacina de censur. diſput. 2. q. 1. puncto 2. Theophilus tom. 4. de literis monitoriis, lib. I. cap. 2. & hæc communione pri- vatio obumbrata fuī apud Judæos in ejecutione à synagoga ejus, qui publicis peccatis detinebatur, cap. 9. Ioannis ibi: Ut si quis eum conſiteretur eſe Christum, extra synagogam ſiceret. Cyrilus Alexan- dr. lib. 6. in loan. cap. 20. ibi: Magnū apud Iudeos opprobrium ducebarū, ſiquidem de synago- ga ejeciſſent ſicut enim nunc homicide, vel adulteri, vel cateris capitalibus criminiſbus rei ab Ecclesia pelluntur, ita tunc Confessores Christi à synagoga lu- dorum eliminabantur. Iosephus lib. 2. de bello Ju- daico, cap. 7. plura Delrio in cap. 1. Threnorum, vers. 17. Deutuſlib. 1. qq. Hebreacar. q. 9. Nova- rius lib. 7. ſched. cap. 10. Selden. tom. 2. ſinedr. lib. I. cap. 18. & lib. 4. de jure natur. cap. 8. Simili- ter & apud Gentiles impii, & contumaces à la- crificiis, & omnium aditu, & communicatione arcebantur, & diris, ſeu furiis infernalibus de- vovebantur. Halicarnasseus lib. 2. Livius lib. 6. de- cad. 3. ibi: Qui vietiis acie excessifet, eumne quis urbe, teſto, mensa, lare recipere, diram execra- tionem in populares, obteſationemque, quam fan- tifimam potuerunt. Idem lib. 10. decad. 4. Tul. lib. I. de divin. Lucanus lib. 3. Pharsalia.

Certe violata potestas
Invenit iſta Deos Crassum, in bella ſequita,
Sava Tribunitie voverunt prælia dire.

Ovidius.
Inocui veniant: procul o procul, impius esto.
Plato lib. 9. de legibus, Plinius lib. 28. cap. 2. Ex- fab de bello Gallico lib. 6. ibi: Si quis aut publici, aut privatiſ eorum decreto non exiit, ſacrificiis interdicunt: hec pœna apud eos eſt gravifimam quibus ita eſt interdictum bi numero impiorum ac ce- leratorum habentur, ab iis omnes decidunt, adiu- que ſermonemq. defugint, ne quid ex contagio incommodi accipiant: nec iis per tenetibus redi- tur, nec bonos ullus communicatur. Et ita umbram quandam excommunicationis tuſſe ethnici in u- lu confirmant Germanius lib. 1. de ſacr. immunit. cap. 12. Duarenus lib. 1. de ſacr. Eccles. cap. 3. Victorellus ad lib. 1. Inſtit. Tol. cap. 4. Magallanus de Iofe, vers. 17. annot. 1. Ribadeneira lib. 1. de Prince, cap. 33. Benzonius de interdicto, cap. 1. Et ita qui- dem, ut non puderet Philip. Malanconem, quem refert Turrianus lib. 2. pro confit. Apoſt. cap. 42. & lib. 2. cap. 7. fabulari. christianam excommunicationem ex hoc Gentilium uſu tuſſe derivaram. Illustrant prædictam Gentilium execrationem Ambian. ad Tertul. in apolog. c. 39. obſer. 2. punct. 2. §. 2. Salmasius in not. ad Capitoli. fol. 98. num. 57. Elias Schedius de Diis German. fol. 295. Avendanno de metu lib. 2. cap. 31. Rouſſel lib. 2. hiſt. Pontif. c. 1. Minor

3. Minor verò excommunicatio privat tantum sa-
cra communione, cap. Presbyterorum 23. 17. 9. 4.
hoc est à Sacrementorum participatione, seu per-
ceptione, cap. 2. de except. cap. penult. hoc tit.
cap. si celebrat, de clericis excom. unde minor ex-
communicatio communiter ita definitur, ut sit
censura ecclesiastica, quā baptizatus privatur pa-
tiva participatione sacramentorum, ut probat Glos-
sa verbo non tantum, in cap. penult. hoc titulo.
Covarr. in cap. alma, 1. p. in initio, num. 4. & 5.
8. num. 1. Suarez d. disf. 8. sct. 2. Marius Alterius
disput. 4. cap. 1. Vgolinus tab. 2. cap. 7. Bonacina
d. disput. 2. q. 1. & q. 3. num. 1. Illud tamen obser-
vare oportet ex Cassiano de infst monach. quod
olim mos erat in Ecclesia, ut peccator primò pri-
varetur osculo pacis, postea ingressu Ecclesiae,
deinde ne oraret cum aliis fidelibus, ulterius ne
accederet ad sacrofanculum Eucharistiae sacramen-
tum, rursus perceptione aliorum sacramentorum,
tandem suffragis fidelium: quod etiam patet ex
cap. praesenti, q. 2. cap. quisquis 21. §. si quis do-
num 17. q. 4. cap. nemo 41. 11. q. 3. qui textus alias
difficiles sunt; unde ita aliqui accipiunt textum in
cap. Engelstrandam 3. q. 4. dum in eo assertur, mu-
lierem illam non solum excommunicatione, quæ
à fraterna societate separat, sed etiam anathema-
te, quod ab ipso Christi corpore, quod est Eccle-
sia, crebò percussum esse; ajunt enim per priva-
tionem à fraterna communione non intelligi ma-
jorem, aut minorem excommunicationem, sed
illam privationem communionis fraternalis, post
quam sequi anathema, id est major excommuni-
catione solebat. Sed veram ipsius textus interpreta-
tionem jam dedi in cap. cum non ab homine 16. de
iudiciis. Erant etiam olim nonnullæ excommuni-
cationes respectivæ, seu partiales, quibus priva-
bantur fideles ecclesiastici, seu laici communione
quorundam fidelium, respectu verò aliorum nul-
la communione privabantur, nec usu, nec parti-
cipiatione sacramentorum, de quibus accipiendo
sunt textus in cap. placuit 18. disf. cap. si quis 2. 58.
disf. ibi: *Sicut tantum plebis communione contentus*
est, cap. quisquis 19. 2. q. 6. Concil. Meldense can.
10. de quibus plenè differit Morinus lib. 2. exercit.
ferè per tot. in quibus casibus communionis priva-
tio, censura ecclesiastica non erat, sed quedam
penalis separatio, quæ non constituebat diversi-
tam speciem censuræ, ut notarunt Acunna in disf.
cap. placuit, Suarez de censur. disf. 24. sct. 1. an. 2.
Aliquando etiam Ecclesia unâ tantum ex prædi-
ctis communionibus privabat peccatorem, veluti
sacra communione, cap. de Presbyterorum 17. q. 4.
cap. de illicita 6. 24. q. 3. participatione corporis,
& sanguinis Domini, cap. accedens 10. 50. disf.
cap. quidam maligni 5. q. 1. communione facerdo-
tali, laicâ tantummodo concessâ, cap. si quis Epis-
copus 7. cum sequent. 50. disf. cap. final. 55. disf. de
qua egi in cap. 2. de elect. aut peregrina, cap. con-
sumates 21. ead. disf. cap. clerici 13. q. 2. aliquando
ingressu Ecclesie, cap. si quis deinceps 16. q. 7.
plerunque communione aliquorum fidelium, cap.
1. 34. disf. cap. placuit 6. q. 2. cap. ult. cap. final. 5.
q. 4. cap. Episcopi 8. 11. q. 3. cap. final 58. disf. cap.
placuit 10. 18. disf. unde apparet, quod olim in
Ecclesia privatio à qualibet ex prædictis commu-
nicationibus sapienter imponebatur ex variis causis re-
latis in dictis iuribus, & aliis congestis ab Anto-
nio Augustino in epit. jur. lib. 37. per tot. quare in
Decreto Gratiani nulla extat mentio majoris, vel
minoris excommunicationis.

4. Manet ergo communis divisio (insuper habitis
illis penitentia) in maiorem, & minorem excommu-
nicationem, quæ facile probatur ex cap. 2. de ex-
cept. cap. penult. hoc tit. Itaque minor excommu-
nicatio à perceptione tantum sacramentorum re-
movet, major verò non solum à perceptione sa-
cramentorum, verùm etiam à communione fide-
lium, cap. penult. hoc tit. cap. 2. de except. ibi:
A communione fidelium fit remotus, ubi probavit
quæ privatio communionis efficit, ut nullus cum
excommunicato habere possit colloquium, salu-
tationem, convictum, osculationem, seu oratio-
nem; item ut nec ipse excommunicatus ingerat
prædictis actibus societas humanæ, & commu-
nionis; alias qui cum excommunicato commu-
nicaverit, minori excommunicatione ligatur, quam
penitentia imposuerunt Apostoli can. 10, alias 11.
quem ex Graeco exemplari ita vertit Gentianus
Herberus: *Si quis cum excommunicato una pre-
catus fuerit, segregetur.* Aloander verò, & Gothofre-
dus ita legunt: *Si quis cum excommunicato, li-
cet in domo, preces conjunxerit, iste communione
privetur.* Dionysius verò ita: *Si quis cum excom-
municato saltē in domo simul oraverit, iste com-
munione privetur.* Communiter autem hic ita con-
ceptus creditur: *Si quis autem cum excommunica-
to, saltē in domo locutus fuerit, vel simul oraverit,
iste communione privetur;* ut resert Fabianus in c.
sicut Apostoli 16. 11. q. 3. Idem postea cautum fuit in
cap. excommunicatos, cap. cum excommunicato 18.
cap. si quis laicus 26. cap. si quis frater 28. cap. final.
11. queſt. 3. Concil Nicen. can. 5. ad quem cano-
nem Apostolorum respexerunt Patres Concil. An-
tioch. in can. 2. ibi: *Excommunicatis communi-
care deprehensus fuerit, & tunc potest communione
privari, tanquam Ecclesia regularis confundens.* Ca-
nones namque Apostolorum etiam regulæ appel-
lantur. Item Concil. Tribur. sub Formoso, can. 2.
ibi: *In canonibus Sanctorum Apostolorum, quod
cum excommunicatis non sit orandum.* Plura Ant-
August. lib. 36. tit. 2. Cresperius in sum. verbo Ex-
communicatis non communicandum. Petrus Greg.
lib. 4. partit. tit. 16. cap. 3. & cap. 7. Bosquetus ad
Innoc. lib. 2. epist. 72. Gazeus in not. ad Cassian.
lib. 2. cap. 15 latè illustrati in cap. sacris, de his
qua vi, & novissime probat Illustrissimus Ramos
pro Episc. Luste, ad Alexander VII. propos. 3. §. fin.
num. 88. hæc autem erat minor excommunicatio,
quæ olim privabat tantum à communione corpo-
ris, & sanguinis Domini, cap. qui verò 38. 11. q. 3.
nunc verò removet à perceptione sacramentorum,
cap. 2. de except. cap. penult. hoc tit. Quam excom-
municationem communicans cum excommunicata
to statim incurrit, d. cap. cum excommunicato, cap.
si quis frater 28. 11. q. 3. ideoque excommunicatio
à jure dicitur in cap. nuper 29. §. 2. hoc tit. Et illa
verba, quæ sunt in d. cap. excommunicatos, 11.
q. 3. Simili excommunicationi subjacebit; & in d.
cap. cum excommunicato: *Cura eo communem ex-
communicationis contrahet penam;* Concilium Au-
rel. apud Burchardum lib. 11. cap. 5. ibi: *Etsi que-
ei sociaverit, & communicaverit operibus ejus ma-
lignis, noverit se simul percutsum anathemate:* intel-
ligunt Suarez de censur. disput. 24. sct. 3. num. 2.
Marius Alterius disf. 13. cap. 1. Covarr. in diēlo
cap. alma, 1. p. §. 3. Menardus ad Concord. regul.
cap. 34. §. 1. de simili, vel communi excommuni-
catione in genere, non in specie, ita ut acci-
piantur de minori excommunicatione, quia simi-
le non est idem, i.e. §. si ergo, §. quod iussu,
licet

licet verbum *cum simili*, majorem excommunicationem importet in cap. 3. hoc tit. in 6. Aliquando tamen communicans cum excommunicato nullam excommunicationem incurrit, velut in casibus relatis in cap. *quoniam multos* 103. II. quest. 3. cap. *quod in dubiis* 30. cap. *inter alia* 31. cap. *refponso* 43. cap. *si vero*, cap. *cum voluntate* 54. *hoc tit.* cap. *anteceſſor* 104. cap. *seqq.* II. quest. 3. & alii in casibus, de quibus egi in cap. *sacris*, de *hiꝝ vi*. Aliquando vero ex communicatione cum excommunicato major incurrit excommunicatione, veluti in caſu deciſo in praefenti textru, in quo ſpecialiter conſtituitur, ut communicans cum excommunicato majorem excommunicationem incurrit, concurrentibus ſcilicet quinque requiſitis, de quibus in praefenti. Primo, quod aliquis sit excommunicatus a Romano Pontifice: ſecundo, quod communicans cum tali excommunicato ſit clericus: tertio, quod ipſe communiceat in officiis diviniſ: quarto, quod communicet ſcienſ eſſ nominatum excommunicatum a R. Pontifice: quinto quod communiceat ſpontē: quorum ſi aliiquid deficit, non incurrit maiorem, ſed minorem tantum excommunicationem. Notant Suarez ſuprā diff. 10. ſect. 2. num. 4. Covarruvias diff. §. 3. num. 4. & alii plures. Unde cavendum eft a Glosſa finali hic falſo aſſerente ſimpliciter, & generaliter, eum qui communicat cum excommunicato a Papa, majorem excommunicationem incurrit; nam eius doctrina ita demum vera erit, ſi praedicta quinque requiſita concurrant, & ſic accipienda eft lex 79. tit. 9. partit. 1. Item ſi communiceat quis cum excommunicato in eodem criminis, pro quo fuit in majori excommunicatione ipſe ligatus, cap. 3. cap.

qui communicaverit 19. cap. *regō* 25. II. quest. 3. c. *Anaſtaſius* 19. diff. cap. *nuper* 29. cap. *inter alia* 31. in fine, cap. *ſi concubina* 55. de *ſentent. excom. cap. ſtatuum*, *hoc tit. in 6. Covarr. diff. §. 3. num. 5. Suarez de cefur. diff. 17. ſect. 2. num. 3. Ratio* eſt, nam communicans cum excommunicato in eodem criminis, damnatus ceneſeur de ipſo criminis, d. cap. *nuper* 29. *hoc titulo*. Item ſi quis fuerit cum suis fautoribus excommunicatus, cap. *excellentissimus* 102. II. quest. 3. cap. *quod in dubiis* 30. cap. *sacris* 38. *hoc tit.* Item in casibus relatis in cap. ſiquis Epifcopus 6. Et 7. cap. *qui merito* 29. II. quest. 3. Clement. 2. *hoc tit. Clement. 2. de ſequitur*. Vgolinus diff. §. 13. num. 5. Item major excommunication illis imponitur, qui nominatum excommunicatis præſumptioſe participant, nec commoniti defiſtunt ab eorum participatione. Hi enim contemnunt ecclesiasticaſ disciplinam communione excommunicatorum pertinaciter ſe ingerendo, d. cap. *excellentissimus* 11. quest. 3. & ita gravius delinquent, Covarruvias d. §. 3. num. 7. ideoque majori excommunicatione feruntur, cap. ſi quis laicus 26. II. quest. 3. cap. *quod in dubiis* 30. *hoc tit. cap. 2. juncta ejus integra de cleric. excom. Sed hec excommunicatione non eft lata a jure, ſed a iudice ferenda, ut conflat ex d. cap. ſiquis laicus, ibi: Abſtineatur, dicto cap. *quod in dubiis*, ibi: Innodandi, cap. ſi celebraſ, ibi: Feriendus, de cleric. excom. & ideo ut imponatur, oportet monitionem præmittere, alia nulla erit, cap. *ſtatuum*, cap. *conſtitutione*, cap. *ſtatuum*, *hoc tit. lib. 6. Alia de communicatione cum excommunicatis, & casibus, in quibus impunè cum eis communicatur, adduxi in cap. facris, de his quae vi.**

CAPUT XIX.

2 Clemens III.

Tua nos duxit fraternitas consulendos, an ii ſoli ſint ad Sed. Ap. deſtinandi, qui in lata ſententia^b canonem incidentes, manus in clericos injiciunt violentas, & utrum non poſſint ab eadem ſententia, niſi per Romanum Pontificem liberari. Unde fraternitati tuae breviter respondemus, quod non ſolum ii, qui in clericos temerarias manus injiciunt, ſed etiam^c incendiarii, ex quo ſunt per ecclesiasticaſ ſententiam publicati, pro absorptionis beneficio ad Sed. ſunt Apoſt. deſtinandi, & non niſi per Romanum Pontificem absolvendi. Hi vero, qui ecclesiastica beneficia de manibus accipere præſumunt laicorum, non conſueverunt pro tali excessu ad Sed. Apoſt. d. laborare.

NOTÆ.

- I. ^a Clemens III.) Ita etiam legitur in ſecunda collectione, ſub hoc tit. cap. 8. eius nullibi exprimatur cui reſcribat Pontiſex, ut ſepiuſ in Decretalibus hujs Pontificis contingit.
2. ^b Canonem.) Si quis fraudenſe 17. quest. 4. cuius verba retuli in cap. 1. hoc tit.
3. ^c Incendiarii.) De pena incendiarii egi in cap. intelleximus, de raptor. In praefenti illud notandum eft, ex hoc textu communiter deduci, incendiarios ipſo jure excommunicationem incurrire, ſiquidem a Pontiſee exequantur percuſſoribus clericorum, qui etiam ipſo jure excommunicationem incurrit. Expendunt etiam pro hac ſententia textus in cap. ſi quis membrum, cap. poſſi-

mam, 23. quest. 8. Sed vero in his juribus tantum docetur, incendiarios excommunicandos eſſe, non vero ipſo jure eſſe excommunicatos: & praefens æquiparatio incendiarii, & percuſſoribus clerici tantum procedit quoad absorptionis reſervationem, poſt denunciationem ipſius incendiarii: quare nullum incendiarium ipſo jure eſſe excommunicatum, ſed excommunicandum, docuerunt Cajetan. in ſumma, verbo *Excommunicatio* 22. Navarr. in manuali, cap. 27. num. 94. Tolet. lib. ſumma, cap. 36. num. 5. Suarez de cefur. diff. 22. ſect. 2. num. 19. Sayrus eodem tract. lib. 3. cap. 29. num. 8. Gibalnius in ſynopsi, verbo *Incendiarii*, Barboſa de poſteſ. Epifc. alleg. §. num. 89. Castro-palaõ diffut. 3. paſt. 24. num. 5. tenentur tamen diocelani, & ordinarii incendiarios excommunicare